



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.19. Zelus domus tuæ &c. Hoc Zelo ferueant Principes, & contra prophanos flagellum arripiant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

rum, quod illum minime diligit. Verum tamen si diligit ardentis honoris patrem Zelo non parum inardescit, & tanto vehementius, quanto diligebat ardentius & in calumniam inter- gite vindex in urinarum immanior, hoc Zelo com- motus rugientem induit leonem. Scuta quic- quam domum tuam ingrediuntur, patremque tuum pedibus prosterunt, proteit, conculcat, collamque premit: quo precor hoc, ferres amo- mo, si illo nihil haberes gratius, nihil suavius? Quid Christo faciendum erat patris sui domum ingresso, cum vidit, quod ei in faciem conuulsa- retur? O quis Zelus? quis alius? quam efficax in corde eius mouetur a mulatio?

87 Obstupendis mentis verbis David Christum alloquitur quem cernit amore iustitiae, & odio peccati non leniter accensum, & hanc dat ra- tionem: *Vixit te Deus, Deus tuus oleo lactis pro conforibus suis.* Longè abundantior olei fuit illa

Is 44. 8. VII. Christus oleo su- per omnes am- plius in- vinctus gratia unde mi- tis erat.

VIII. Similau- do.

IX. Sed inde Zelosior.

Joan 1. 14 & 16.

Christus est inunctus, quam ea qua exteri omnes inuncti referuntur. Reges & sacerdotes oleo sancto consecrantur, in signum, quod esse debeant mites ac benigni, nihil enim sic demulcet ut oleum. Christus Rex Regum, & sacerdos sacerdotum suprema omnium olei unctione diuinae gratiae & supra omnes charitate erat inungendus: unde laudatur om- nium mitissimus, suauissimus, benignissimus, di- lectissimus. Illud autem in eo Zelum excitauit extra motem feruentissimum, Certam sume- mensuram gossipij quod ex se ira blandum est, ut ad expressionem rei alius suavis dici so- leat, est gossipium: illi superinfunde hydriam olei ut totum gossipium oleo conemperetur, quae poterit hinc blandities comparari? Verum est, non abovo, sed nec est quidquam ad ignem concipiendum flammalque in caelum euomen- dum magis dispositum si ei ignem injicias: hoc quippe oleum, quo suavis redditur, ipsum dis- ponit gossipium, ut illico in flammam ignemque exardescat.

En tibi Christum ipse ex se gossipium est blandum, filius David, misericors, agnus man- suetus, filius ouiculae mitissimae, qua nulla in om- nibus caeli terraeque gregibus mitior apparuit. Hinc blandae mansuetudini oleum gratiae su- perinfunde abundantissimum: cum ita sint per- mixtus ut ex eo ad omnes deriuetur: *Vidimus eum plenum gratia & veritate etc. & de pleni- tudine eius nos omnes accepimus.* Quae gratia quis erga coelestem Patrem amor? Hic est ille, quo disponitur ut igne Zeli succendatur ardentiori. Patre amat amore super omnes excellenti, amo-

re quo non possis imaginari feruentiorem, unde Patris aduersus offensam, Zelo commouetur, quo torus inardescit, quo cordis eius intima exeduntur, & velut ignis compressus percutitur, firmiterque prosilit, sic honoris patrem Zelas, ad hoc quod agit eam infligit impetuosius. Quin imo idcirco in vobis nullus feruet honoris Dei Zelus, qui non illum ut patrem affectuore di- ligitis. Prorsus admirabile est quod inter Chri- stianos agitur, qui se iactant Deum habere pa- trem, & ut Catholicus non habetur, qui quoti- die non illi dicit: *Pater noster qui es in caelis*: & nihilominus, tanti tibi refert, quod offensa sit, blasphemis imperatur, petitijs irriteur, celes- tibus dedecoretur, ac si Deus ligneus esset, vel aliquis de numero Deorum in India si fidelis, quem nunquam vidisti: quinimo subrides, iocaris, de peccatis confers sermones, quae quilibet alius in Dei commissit ignominiam. Tu videris, an ille sit spiritus filij patris, & intelliges quam omnitemperans amor, Dei cor tuum elan- gueat.

X. Quia Deum non dili- gimus eius ho- norem non cu- ramus.

Orat. 18.

Mat. 14. 5.

D. Grego. Naz.

Hoc in primis aduerto, loquitur D. Gregor. Nazianzen. quod iustar ignis exardescas, totus flammatus, quotiescumque quis hoc tangit, quod diligit, & multos asserit esse Iuda proditori comparandos, qui videns opes dilapidari. Zelo nimio incanduit, ob detrimentum, ut leo rugiret quando pernitens Magdalenae vnguentum ef- fundit: *Fremebat in eam.* Ut eam velle discerpere videretur. Nec mireris, in promptu est ratio: pecuniam diligebat. O proditorem, exclamat ille, *Ob pecuniam fur alle Zelotypia erga communem* D. Grego. Naz. *astuabit, ac Deum prodit, & triginta argentei vendit.* Hic pater, verum feruentius traditor ille dilexerit Deum an pecuniam, & hoc in te ipso licet iudicare, quantum commoueris, si quis tibi vel minimum in pecunijs adferat detrimentum, vel in horti fructibus, aut in melle camporum, aut in honore tuo per ciuitatem, aut in vxore in foro noceat? Et quam hoc te nihil mouet quod Deus vendatur, blasphemetur, proedatur, offenda- tur? Evidens signum extincti amoris, qui si ter- ueretur, Zelum exardescit.

§. 19. Zelus domus tuae &c. Hoc Zelo fer- ueant Principes, & contra prophanos flagel- lum arripiant.

EX praefatis elicit D. Aug. animum synce- rum, quo Principes Christiani Ecclesia- stici ac seculares arripere debeant flagel- lum

38 20



sum contra sacrilegos Patris celestis offensores. Hæretici Donatilla doctrinam excitarunt, illicitum esse Principibus flagellum sumere, quo Dei repriment inimicos, sed omnia in spiritu lenita sūt, nihil autem flagelli terrore peragendum dicebant autem hoc ab Apostolo insinuatum quando datā differentiā inter nos, populumque antiquum, nos filios appellavit libertatis: *Nunc autem effus filij libertatis*: quia cuique permittitur, suo sensu abundare, suaque vivere libertate. De hoc scripsit D. Augustin. Bonifacio Comiti, quem Imperator in Africa gubernatorem decreuerat, & diuinis plane rationibus probat Ecclesie Doctor, hanc opinionem, hæreticam esse, atque omnino necessarium esse, vt Principes flagellum habeant quo Dei gratiamini & iniurias vlciscantur, ad minus quia se Dei filios esse gloriantur. In confesso est Principibus deberi gladium, contra Reipublicæ perturbatores, qui & tenentur se illis opponere vindices, qui viduæ pupillo, puellæ, vim adferunt iniuriosam. *Quæ* igitur nō ratio suadet (ait D. Aug.) vt Zelus amoris Reipublicæ, & eorū qui in illa commorantur, illos permoueat vt se strenuè contra reipublicæ opponant tumultuarios: & in Dei gloriam iniurias, sceleratque aduerentes, pro illo stent propugnatores, reos seuerè castigaturi? An ergo tepidior esse debet amor quo Deum complecteris, illo quo filium tuum, seu seruum seu vicinum tuum diligis? Et hoc est (inquit) quod Deus principibus ore regio Psalmis significat, qui psalmo secundo declarare incipit, qualiter in principio Reges ac Principes in Christum æternumque Patrem suum scissifragi conspirant: *Astiterunt Reges terra, & Principes conuenerunt in unum aduersum Dominum, & aduersus Christum eius.* Hec multis perseverauit diebus, imò plusquam trecentis annis: pluribus enim de caulis, ac congruentijs permisit Deus, vt Imperatores ac Reges illi forent inimici: ex illa colligens hostilitate gloriosas ac innumeras in sanctis suis inuictisq; martyribus pro nominis sui gloria victorias.

Rom. 8. 23

I. Principes decet gladius quo malos puniant.

Psal. 2.

II. Quæ ratione Reges Deo feruente debeant.

in timore. Scitote Reges, quid vobis sit agendum: quid vestri sit officij, hoc sc. vt Deo in timore seruiatis. De timore loquitur reuerentiā quo patrem filius reueretur. Quærit D. August. in quo consistere debeat illud obsequium, quo Reges Deo famulantur, non vt personæ particulares, sed vt Reges? In quo debent illum reuereri, vt ostendant quod illum vt Reges pertimescant? Quod eius honorem cordi habeant, illum propugnent, nullas contra illum patiantur iniurias, & publicè ei detrahentes debito plectant supplicio: *Quomodo Reges Domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra Dominum iussa sunt, religiosa seruitate prohibendo, atque plectendo?* Quando Rex rosarium euoluit, ieiunat, orat, peccata confitetur, corporis incumbit castigationi, Deo famulatur (inquit D. Aug.) non sicut Rex, sed vt homo quidam particularis: porro Davidi hæc non sufficiunt: vult insuper, vt illi seruiat in quantum Princeps, in quantum Rex, in quantum Iudex. Hoc autem sit sceleratos puniendo, profana Reges tollendo, lupam virgis cædendo, stupri meliarmites: trices ignominia afficiendo, cōcubinas in exilium mitendo, ludorum mensas igni tradendo, Zelosi, confundendo publicos vsurarios, audaculos ac temerarios refrenando. Hoc propriū est Principibus ac Regibus obsequium: eo namque sine voluit Deus, vt prædicimus, decernere Reges illos vngendo oico: quantis enim oporteat eos mites esse, benignos, affabiles, vt ad eos liberè pauper, vidua, orphanus afflictulque possit accedere: porro sic dispositi sunt oportet vt, si quando videant nefanda in Deum committi scelerata, statim in eorum cordibus ignis amoris exardescat, & Zeli flammæ excitet, vt contra maleuolos instat horribilis ignis inflammetur, Dei contemptores, eiusque honoris flagellent plectantque violatores.

D. Avon. Ep. 50. ad Bonifacium. Tit. 3.

III.

§. 20. Iusti Zelo inardescunt, & notanda est D. Chrysostomi hyperbole, factumq; Fr. Ioan. Hurtadi.

Hinc est, quod iusti hoc oleo perfusi viuacibus ignium flammis exardescunt, sū scelerata notant contra patris sui supremi ac celestis honorem decusque perpetrata. Phinees vt vidit ganeonem illum in pudicū in Dei contemptum cum muliere idololatra fornicantem, quo Dei ira grauius accendebatur, Zeli feruente succensus arte pro pugione, vincto iclu ambobus confodit, vt pariter in terram mortui conciderent.

39

I. Zelus Phinees.